Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1553
Quelle:
Copyright:



*cunt quod est Gignasii.* Repone *Gennadii*, et recte. Initium: *Credimus vnum esse deum patrem* &c. Ut in *Append.* T. VIII. edit. *cit. col.* 75. Ad calcem: *Explicit diffinicio Ecclesiarum.*

VI. *fol.* 197. p. 2. *Incipit exposicio symboli Aurelij Augustini episcopi catholici.* Alias inscriptus Liber *de Fide et Symbolo* incipit: *Quoniam scriptum est et apostolice discipline* &c. Ut edit. *cit.* T. VI. *col.* 151.

VII. *fol.* 204. *Incipit liber sancti Augustini ad Petrum Dyaconum de fide.* Initium: *Epistolam fili Petre tue caritatis accepi* &c. Est *Fulgentii Rusp.* et legitur T. VI. *append. col.* 19.

VIII. *fol.* 220. p. 2. *Incipit alia expositio symboli secundum Augustinum episcopum.* Ita: *Queso uos fratres karissimi ut nobis reserantibus* &c. Rejectus Sermo in *append.* T. V. *col.* 397. ubi est *n.* 242. sextus de *Symbolo.*

IX. *fol.* 221. p. 2. *Omelia sancti Augustini de symbolo et deitate et omnipotentia patris.* Incipit: *Ostendimus fratres dilectissimi vt vestra certe dilectio* &c. Eodem rejectus *col.* 390. Primus de *Symbolo* Sermo.

X. *fol.* 222. p. 2. *Incipit Augustinus de incarnatione domini in natale domini et saluatoris.* Initium: *Hodie enim fratres dilectissimi celebramus dominice natiuitatis diem* &c. Pariter eodem rejectus ad *col.* 216. in *Nat. Dom.* Sermo secundus.

XI. *fol.* 223. p. 2. *Incipit exhortacio sancti Ambrosij episcopi ad neophitos de symbolo.* Supra paginam etiam *Augustinum* semel scripsit Librarius. Apud neutrum simile quid reperi. Exorditur: *Gracia uobis et pax a deo patre et filio et spiritu sancto adsistat et habundet benedicti domino. qui uocat uos in suum regnum et gloriam. quoniam apud ipsum et ipse fons vite est* &c. Recitat dein Symbolum Apostolorum, exponitque praecipue contra *Arium* et *Sabellicum* usque ad *Crucifixus* cetera deinceps obiter percurrens, dum finiat: *a gratia baptismatis expiatos coheredes sibi in regni celestis gloria preparet cum* (cui?) *gloria in secula seculorum Amen.* Ignoro Autorem, quem satis antiquum esse oportet.

XII. *fol.* 226. *Incipit liber sancti Augustini ad timasium et Jacobum de Natura et Gratia.* Sic: *Librum quem misistis karissimi fratres Timasi et Jacobe intermissis paululum* &c. Extat edit. *supracit.* T. X. *col.* 127.

XIII. *fol.* 247. *Incipit liber Aurelij Augustini ad valentinum de gratia et libero arbitrio.* Initium: *Propter eos qui hominis liberum arbitrium sic predicant* &c. Extat eodem T. *col.* 717.

XIV. *fol.* 262. p. 2. *Claustrum Anime cum disposicione officiorum et officialium suorum secundum quod disponi solet et ordinari claustrum materiale.* Init: *Abbas huius claustri est iugis meditacio diuine presencie.* &c. Ad calcem recentior manus: *Iste liber non est Hugonis.* Nempe *Victorini.* Novimus et nos. Verum dum asceticam hanc